



Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Exterminatione Mali, Et Promotioне boni - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1613

Tentationum victoria Deum in nobis magnificari. Cap. 5.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77843](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-77843)

- Gen. 16.*
9.
Ibidem. 9.
- Gen. 21.*
9.
Galat. 4.
29.
Orig. bō.
7. in Gen.
- 1. Cor. 6.*
18.
- Apoc. 12.*
9.
Psal. 70.
10.
- Judith*
13-17.
- Galat. 5.*
17.
- A
- cst; Ecce ancilla tua in manu tua est, vttere ea, vt libet.] Quin & ipsa Agar, quæ (authore Origene) carnem significat, audit nuncium Domini dicentem sibi: Reuertere ad dominam tuam, & humiliare sub manu illius.] Nam & caro doloribus nonnunquam affligitur, qui sunt velut clamores Domini, vt ad obedientiam anima reuertatur. Quam magna imbecillitas Dominum nobis carnem subiugantem non aspicere, & ignominiam ex obsequio ancilla dato procedentem non timere! Subdamus illam, quam Dominus in nostra potestate constituit, & nullo modo eius illecebris ac blandiciis adhæreamus. Videatur namq; nobiscum ludere, aut nobis alludere, cum male blanda proponit, sed persecutionem armat, qua anima vitam, scilicet gratiam & puritatem revelat. Denique cùm vidisset Sara, (inquit scriptura), filium Agar Ægyptia, id est impurum carnis appetitum ludentem cum filio suo, id est, spiritu, & ei noxia proponentem, eius electiones expetiuit.] Sed audi Paulum quomodo istum ludum exponat: Sed quomodo tunc is, qui secundum carnem natu fuerat, persequatur eum, qui secundum spiritum, ita & nunc. Apage talem ludum, qui iustitiam persequitur, innocentiam interficit, & eternam mortem meditat. Et tu ergo, ô auditor horum (inquit Origenes) non illam solam persecutionem putes, quando furore Gentilium ad immolandum idolis cogeris: sed si fortè voluptas carnis illicita, si tibi libidinis alludat illecebra, hæc, si virtutis es filius, tanquam persecutionem maximam fuge. Idcirco enim & Apostolus dicit: Fugite fornicationem.] Sed si iniustitia blandiatur, vt personam poteris accipiens, & gratia eius flexus, non rectum iudicium feras, intelligere debes, quia sub specie ludi blandam persecutionem ab iniustitia patet. Verum & per singulas malitiae species, etiam si molles & delicata sint, & ludo similes, has persecutionem spiritus ducito, quia in his omnibus virtus offenditur.] Profectò animi sapientis est hanc ancillam in officio continere, & eius filium impurum appetitum mortificationis studio frenare. Qui si spiritui noxia suadeat, & in suum consortium trahat, ex hac blanda persecutione spiritus, non aliud quam defectionem à Deo & peccati mortem accipiet.
- Hi ergo tres hostes infestissimi nobis expugnandi & proterendi sunt, ne eorum mucrone confosili percamus. Ipsi enim nunquam cessant in nostrum exitium conspire, & nostram destructionem moliri. De diabolo audi quid dicat Apostolus & Prophetæ Ioannes: Proiectus est Draco ille magnus, serpentis antiquus, qui vocatur Diabolus & Satanæ; qui seducit vniuersum orbem.] Seducit quidem desiderio, seducit conatu, licet iustos ei resistentes, & potius ad celum, quam ad terram pertinentes non seducat effectu. De mundo vero, quo nomine impios significari diximus, non incongrue intelligitur illud Davidis: Quia dixerunt inimici mei mihi: & qui custodiabant animam meam confilium fecerunt in vnum, dicentes: Deus dereliquit eum, persecutus, & comprehendens eum, quia non est qui eripiat.] Nos interdum iniqui à Deo relictos vocant, & vana stultaque blaterant, vt in pusillanimitatem deificiant. Cùm tamen ille, qui nunquam defecit sperantes in se semper opem ferat nobis, & ad victoriam de hostibus obtinendam auxilia suppeditet. At assiduos carnis insultus aduersus nos, quis non experitur? Tam terribiles profecto & importuni sunt, vt licet Paulus non dixisset, quia caro concupiscit aduersus spiritum,] nos tamen eruditæ proprio experimento eius concupiscentiae insultus satis perspectos habeamus. An his hostibus in nostram perniciem bellantibus dormiendum est? An consertis manibus sustinendum, vt temptationibus nos vulnerent, lacerent, & tandem intermant? Non sanè: sed potius decertandum est, vt eos tandem proteremus. David namque personam iusti suscipiens, ita ait: Perfer quar inimicos meos, & comprehendam illos, & non conuertar, donec deficiant. Confringam illos, nec poterunt stare, cadent subtus pedes meos.] Ut scilicet iusti cognoscant, eorum manus non esse temptatione carete, sed temptationi repugnare, & nullo modo hostium luasionibus assentiri. Nec est, ô homo, difficilis ista victoria, quam sola voluntate cōsequaris, & sine tuo consensu non amittis. Cùm tres sint stanti imminentes stratores, inquit Bernardus, horum diabolus liuore malitie, mundus vento vanitatis, homo semper ipsum pondere sua corruptionis impellit. Impellit diabolus, sed non euertit, siquidem illi tuum negaueris assensum. Denique habes: Resistite diabolo, & fugiet a vobis.] Ille est, qui stanteris in Paradiso impulsi inuidus & euertit: fed consentientes, non resistentes. Est & mundus impulsor, quia in maligno positus est:] impellit omnes, sed solos euertit amicos suos, id est, consenteaneos sibi. Nolo esse amicus mundi, he cadam. Nam qui vult esse huius mundi amicus, inimicus Dei constituitur, quo utique nullus grauior casus. Ex quibus fatigatur, quam sit homo præcipiens impulsor sui, qui suo sine alieno impulsu cadere potest, alieno absque suo cadere non potest. Cuimam horum præcipue resistendum? Nempe huic, qui eō molesto, quod interior solus deicere sufficit, cùm sine ipso alij possint facere nihil.] Oigit magna felicitas, neminem in hoc bello cum hostibus animæ nisi proprio consensu vinci, neminem nisi volenter peccato subdi, & à Deo bonorum omnium authore separari! Et o magna infelicitas, si quis ita sit excors & pusillanimis, vt non vulneribus, non verberibus, sed solis clamoribus inuercundis consensem præbendum adiugatur. Homo ille, qui descendebat ab Hierusalem in Hierico] non propria voluntate consentiens, sed inuitus à latronibus spoliatus est, & vulneratus, ac semivitus relictus.] Quid ergo si absque propria voluntate spoliari, ac vulnerari non posset, putas quia sineret se à latronibus tangi, & bonis omnibus nudum ac priuatum salutem relinquere? Puto quia non erat tam osor sui, vt volens tantam calamitatem in seipsum inicebat. Amentia ergo est nostrum præbere consensem, vt hostes nos spoliem & vulnerem, & à prælij congreßu, quod nobiscum inuenit, viatores abscedant. Potius vincamus illos, & odium eorum in nos, non amore, sed odio soluamus, & quos aduersarios nostra salutis nouimus, pedibus proterere & conculcare festinemus.
- B
- Psal. 17.*
38.
- Bernard.*
85. in
Cant.
- Tacobi 4.*
27.
- 1. Ioan. 5.*
19.
- Tacobi 4.3.*
4.
- Luca 10.*
30.
- C
- D
- E
- Tentationum Victoria Deum in nobis
magnificari.
- CAP V.
- N**ON solum odium inimicorum humani generis ad vincendas temptationes nos excitat, sed multo magis amor erga Deum, quem, vincentes laetificamus, & in nobis glorificamus, ad diligenter currandam victoriam exsufficit. Mirum est quantis homo in hoc saeculo temptationibus impugnetur, quantis virtus in bonis, & iniustis persecutionibus atteratur, quas Dominus iustorum amator permittit, vt ex illis suorum salutem & præmia cumulatissima, tum

sui laudem & gloriā elicit. Facile quidem erat illi iustorum vitam, ac tempora ita disponere, ut tranquillitate fruerentur, & cōsum non semper turbidum, sed clarum ac serenum aspicerent. Nec aduersaretur facilitati voluntas illius Partis pūissimi, qui conducibilis nobis semper exequitur, nisi tantæ tranquilitati, ac serenitati noster profectus spirituā obſisteret. Quām frequens, & molesta tentatio-
nū turba nos semper impugnat! Audi, si placet, Cyprianum, vt eam sanctissimū, & discretissimū patris eloquentia descriptam accipias. Ceterum, inquit, quid aliud in mundo, quām pugna aduersus diabolū quotidie geritur? Quām aduersus iacula eius, & tela conflicktationibus affidūs dimicatur? Cum auaritia nobis, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione congressio est: cum carnalibus vitiis, cum illecebris ſacculariis affidūa & molesta luctatio est. Obsessa mens hominis, & vndique diaboli infestatione vallata, vix occurrit singulis, vix reficit. Si auaritia prostrata est, exſurgit libido: si libido compresa est, ſuccedit ambitio: si ambitio contempta est, ira exasperat, inflat superbia, vinolenta inuitat, inuidia concordiam rumpit, amicitiam zelus abſcindit. Co-
geris maledicere quod diuinā lex prohibet: compelleris iurare quod non licet. Tot persecutions animus quotidie patitur, tot periculis peccatis vigeatur, & delectat hic inter diaboli gladios diuflare, cum magis concupiscentium sit, & optandum ad Christum, subuenientē velocius morte, properat. Hac illa. Itud ergo tam acre, tam importunum bellum anat Deus in nobis, vtique vt glorificetur in nobis. Eum sacri scriptores ipius spiritu afflati præliorum amicum esse demonstrant. Moſes enim ait: Dominus quasi vir pugnat, omnipotens nomen eius. Curvus Pharaonis & exercitū eius proiecit in mare.] Et Ieremias: Dominus mecum est, quasi bellator fortis: idcirco qui persequuntur me cadent, & infirmi erunt, confundentur vehementer.] Ideo autem pugnator & bellator vocatus est, quoniam sicut duces militia, vicitoria suorum militum gloriam ſibi comparavit, & eosdem milites duxit, hostiumque spolis multiplicavit: ita & Dominus iustos per victoriam tentationum ditat, & ſibi metiſi magnam glorificationem acquirit.

Sed quā est iſta gloria, quam Dominus ex vicitoria à nobis ex nostris hostibus comparata, reportat? Illa sancta, quod infirmis, ac ineptissimis instrumentis æreas potestas confundit & protevit, & totum infernum non aet & ferro, ſed leuissimam palea frangit atque profermit. Quibusnam tunc ſanctus Iob humanam potentiam nobilitat? Contra folium, quod vento rapitur, inquit ad Dominum, ostendis potentiam tuam, & ſtipulam ſiccā persequeris.] Hominem vocat folium instabile & leuissimam ſtipulam, quām non ſolus turbo, ſed vel leuis aura rapit atque dispergit. Sed o ineffabilis potentia Dei, o diuinæ gloria maiestatis, quod instabilis folio ſtabilitatem attribuit, & vilissima palea robur, ſirmitudinemque concedit, ut ferrum frangat, ut turbina tentationis reficiat, & diabolū ac vniuersos eius milites tremefaciat, & in turpem fugam conuertat. Gloria quidem Domini fuit, quod [virga Aaron] versa in columbum [deuorauit virgas] maleficiorum Pharaonis. Sed ecce maior gloria hic, quod non virga ſed ſtipula ferrum deuorat, & dæmones vafat, atque cominiuit. Gloria Domini fuit quod [Gedeon trecentis tanū viris] caſtra [Madian] in fugam conuertit. Sed ecce illuſtiorem gloriam, quod non trecentis viris, ſed uno adolescentulo dæmonum acies, & una virginula hostium animæ conatus euerit. An non

A Dominus glorificatus est, cū Dauid acceptis quinque [līmidissimis lapidibus] de torrente, [Philistea] interfecit; & cū Samlō in maxilla alini, & in mandibula pulli alinarum deleuit Philistæos, & percuſſit excis mille viros?] Sed o quām maior gloria cū homunculo infirmissimo diabolū vincit, & omnia caſtra iniquatum potellatum timore concurit, & ſe ab homine vieta eſſe, fateci compellit. Pla-
nè completer illud quod dicit Dominus per Dauidem: Inuoca me in die tribulationis: eruam te, & honorificabis me.] Dum enim hominem quali iam extinctum eripit de ore leonis, & ſupra leonem erigit, & leonis vires homine iam pene deuorato constringit, ingentem ſibi apud omnes honorem, & gloriā ex hac mirabili mutatione conquirit. Cuius ſubita mutationis meminit Sophat Naamathites apud Iob, cū ait: Et quālimeridianus fulgor conſurget tibi ad vespere, & cū te consumptum putaueris, orieris ut lucifer.] Exponat hanc ſententiam Gregorius. Fulgor, inquit, meridianus in vespere eft virtutis renouatio in tentatione, ut repente charitatis feruore mens vigeat, quā iam, iamque lumen ſibi gratia occubuisse formidabat. Et iustus, cū ſe conſumptum putauerit, ut lucifer oritur, quia mox ut tenebreſcere tentationum caligine corpori, ad lucem gratiae reformatur, & in ſe ipſo monſtrat diem iuſtitie, qui caſurus paulo antē timuit mortem culpæ.] Hæc Gregorius multis interpolatis omisſis. Quis non in hac tam ſtupenda mutatione Deum ex toto corde glorificet? Quis non canet in viis Domini, quoniam magna eft gloria Domini?] Qui infirmos roborat, ut robustissimi hostibus reſiſtant: qui paſſiſos erigit, ut magnos ſuperexcellant: qui infirmi mundi eligit, ut fortia quāque conſundat.

Permitit ille aduersarios noſtrōſ ex antris & cauernis exire, ut superbiam diaboli, potentiam manu, & ferociam carnis humana imbecillitate deſiciat. Illi cogitationes iracundas, aut ſuperbas, aut impuras excitant, & via prauis actibus radicata oblatis peccandi occaſionibus armant, ut virtute Domini impugnati in nobis intereant. Quæ virtus tanto illeſtrior & gloriosior appetit, quanto infirmioribus instrumentis in ſuperiles hostes interfeicit. Cum exorti fuerint peccatores ſicut ſeruum, & apparu-
erint omnes, qui operantur iniquitatem: ut intereant in ſeculum ſæculi: tu autem altissimus in æternum Domine.] Orientur v̄ occident, oſtentant ſe hostes noſtri, ut ſtati intereant: intereunt verò, ut in nobis Dominus ſublimis & gloriosus appearat. Vnde Dorotheus hinc eundem locum explanans, ſic ait: Peccatores, qui ut ſeruum oriuntur, ſunt impura cogitationes. Eſt enim debile quid, & infirmum ſerum nullam habens potentiam. Cum igitur oriuntur in anima virioſe cogitationes, tunc apparet omnes, qui operantur iniquitatem: quæ ſunt ipsa vita, ut intereant in ſeculum ſæculi. Cum enim apparuuerint viria ante concertores & athletas, ſtati ab eis permutuntur.] In hac tam felici hoſtium occiſione, quis non videat quoniam tu altissimus in æternum Domine? Altissimus (in qua) oſtenderis, & gloriosissimus commonitoris, qui lepusculo inuali-
dissimo, id eft homine timidissimo fortes & audaces inimicos intermis. Nam ſi gloria tua fuſt, quod: culicibus, & ranis, & ſimilibus animalculis Egyptrum afflixiſti, & pro tuo populo decerasti, quare non erit gloria tua, quod pueris, & pueris, & hominum infirmitate bestias hoſtium noſtrorum illigas, ac coram orbe terrarum vietas & irras ostendis. Alleluia ergo & nunc manum tuam ſuper gentes alienas ut videant potentiam tuam. Sicut enim in confiſctu

1. Reg.
17.49.
Iude.15.
16.

Pſal. 49.
15.

Iob. 11.
17.

Greg. 10.
mor. cap.
11.

Pſal. 137.
5.

1. Cor. 1.
n.27.

Pſal. 91.
2.

Doroth.
do. 13.

Ecc. 36.
3.

corum, dum nos ab hostiis rabies liberas sanctificatus es in nobis, sic & in conspectu nostro.] dum eos viceris manu nostra, manu scilicet imbecilla [magnificaberis in eis.] Magnificatur itaque Dominus in hostiis nostris, id est, magnus & excellus ostenditur, quoniam hominem ex terra conditum, & infirmitate circumdatum, sic roborat, ut hostes fortissimos se importunè insequentes effugiat. Parum est hoc: ita roborat, ut eos hostes vicos in turpem, & timida fugam conuertat. Parum adhuc est istud: ut ipsos hostes homo sibi subiuget, atque ut mancipia bello capta suis viibus, ac anima profecti uiiseri faciat. In quo simul iustitia & miseratione conditoris eluet, qui hostes iniuste aduersus nos insurgentes duriter punit, & nos parta victoria in conspectu universorum extollit. Ad quod forte respiciebat Debora, quando canebat: Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitia Domini, & clementia in fortis Israël.] In hac Victoria, quam de hostiis nobis infestis accipimus, narrantur iustitia Domini, quoniam eos non per corporis robur, sed per animi iustitiam vincimus. In aliis enim gentibus, ut ait Origenes, qui corporis robores fortiores sunt, illi potentes dicuntur in prælio: In Israël vero, hoc est, in bonorum populo, qui iustiores sunt, ipsi potentiores dicuntur in bellis: quia iustitia etiam viribus infirma sit, vicit: iniustitia vero, eti multos & validos pugnatores habeat, superatur.] Narrantur etiam iustitia Domini, quoniam hostes in nos insurgentes castigat propter molestias, quas nobis intulerunt: non tamen obliuionis tradantur clementia in fortis Israël. Nam vicos Israël, id est, iustos clementer recipit, benignè suscipit, largiter præmiatur, ut de suis victoriis in æternum exultent.

Iam si quis est amator Dei, & diuinæ gloria cupidus, quā ardenter victoriam hostium concupiscet? Quā strenue cuique tentationi insurgenti resistet, ne ob suam negligentiam, hanc gloriam verè magnā inimici surripiant? Si gloriosum est cum vincentibus vincere, cum expugnantibus arcem hostium, eam fortiter expugnare, cum bellantibus ob gloriam regis terreni, bellare, & manus conserere, & gloria comparandæ diligenter insistere, quā glorioius erit, aque præstantius cum expugnatoribus regni coelestis dæmonem, mundum, & carnem vincere, & glorificatione Domini cooperari? Magna gloria est, esse instrumenta gloriae Dei, & vt, quasi digito signari possimus, quōd laudes Domini operibus sanctis prouteximus, & nostra fidelitate, qua, ob amorem eius, aduersarii resutimus, ipsius gloriam in cordibus hominum cumulauiimus. Nam li gloria est terreni regis alicum ita habere fidelem, & delicias mundi, & honores, ac opes contemnam, ne vel in modico regi displiceat, Dominus etiam pro gloria habet, quōd iusti omnia terrena despiciant, & inimicos ea tentatione offerentes irrideant, ne vel tantillum à lege ipsis imposita, & à Domini voluntate discedant. An Dominus labores, & victorias suorum, quibus glorificatur in eis præmio, ac mercede vacuas dimittet? Nullo modo. Immò, ut est in Zacharia: In die illa, dicit Dominus percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amentiam: & super dominum Iuda aperiam oculos meos, & omnem equum populorum percutiam cæcitatem.] Vide iterum illud impletum: Ibi narrantur iustitia Domini, & clementia in fortis Israël.] Nam iustitia Domini sunt, quōd ascensorem equi, id est diabolum in amentiam verrit, qui quasi amens præfurore redditur, dum nihil aduersus iustos proficit, & omnem equum, id est,

A omnes eius ministros percutit stupore & cæcitate, quia stupent vidētes humanam imbecillitatem tantæ potentiae resistere; & manifestè delirant arque cæciunt, dum volunt, quos Deus tuetur deiicere, & quos defendit, superare. Esta autem clementia in fortis Israël, quōd super eos aperit Dominus oculos suos, ut eos in tentatione protegat, & post tentationem viçtam præmio semper duraturo. corū in vincendo labores exoluat. Audi tamen adhuc clementiam Domini in fortis Israël. Stillabunt, inquit Prophetæ, montes dulcedinem, & omnes colles culti erunt.] Montes & colles, (quod alio loco diximus) iusti sunt. Horum autem fertilitatem quidnam præcedit? Certè illud: Ecce dies venient, & comprehendet arator messorem, & calcator vuæ mittentem semen.] Hæc omnia non aliud significant in proposito, quā tentationum sustinentiam, quibus terra nostri cordis exercetur, proscinditur, atque calcatur, ut fructus æternæ vita fructificet. Si ergo ut terra bona, & optima semen diuinæ inspirationis accipimus, & tentationibus, ac pressuris culti non peccatorum sterilitate respondemus, sed fructus virtutis ferimus, tunc dulcedinem diuinæ consolationis stillabimus, & ut colles bene culti, pulchri & formosi in conspectu Domini apparebimus. O clementiam conditoris nostri in fortis Israël, qui eos tentationibus proscindit & calcat, non quidem ut hostium peribus proteruantur, non ut gladiis temptationum vulnerentur, sed ut ex humiliatione ad gloriam, & ex iusto hostis ad sanitatem perueniant! Quorum sanitas, & exaltatio tota cedit in gloriam eius, qui post tempestatem tranquillum facit, & post lacrymationem & fletum, exultationem infundit.]

Amos 9.
13.

Ibid. 12.

Tobie 3.
22.

Tentationum victoriā nos Sanctorum coronam obtinere.

C A P V T . VI.

 M E S quotquot in hac mortalitate verfamur, pacem, cupimus, requiem optamus, molestias ac perturbationes fugimus, & nemo est, qui non ad brauium & coronam aspiret. Insitus namque nobis est à natura beatitudinis amor, siue in hoc, siue in alio sit posita, quam ut nostrum appetitum satiantem, apprehendimus, & ideo non in bello, sed in pace, non in moru desiderij, sed in requie possessionis eam collocatam, esse putamus. Hoc autem est inter sapientes & insipientes, id est, inter bonos maloque discrimen, quod hi in requie & tranquillitate falsa, illi vero in vera arte secura, quam nullus euentus succidit, nulla vis impugnacionis intermit, felicitatem inquirunt. Impij fallaci opinione delusi, ac rerum visibilium amore decepti, intra semipilos non semel dicunt: Beatum populum, cui hæc temporalia adsunt:] At iusti supernaturali luce eruditæ pronunciant: Beatus populus, cuius Dominus Deus eius.] At Deus beatitudo, ac corona iustorum eadem via obtainendus est, qua iusti ac sancti viri cum obtinerunt, & ad eius regnum, in quo ipse se animabus sanctis ostentat, felicitè proferunt. Ecce ego facio noja, ait Dominus, & nunc orientur, utique cognoscetis ea: ponam in deferto viam, & in inuio flumina.] Operuit ille antiquas viatorum vias, per quas homines tendebant in barathrum, & noua beneficia in filios Adæ contulit, quæ in lege gratia, velut rosa pulchra & fuaè olenates, exorta ab omnibus cognoscuntur. Ea vero quæ-

Psal. 143.
13.Psal. 143.
14.Ips. 43.
19.

n. am

Zacharia
12. 4.Iudic. 5.
11.Iudic. 5.
11.